Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ad currendam uiam. A summitate celi
egressus ei. & cursus eius usq; ad sum
mitatem illius nec est qui se absondat
a calore eius. Lex dni immaculata
conuertens animam. testimonium
dni fidele. sapientiam prestans par
uulis. Precepta dni recta. letificam
tia corda. mandatum dni lucidum illu
minans oculos. Timor dni mun
dus perseuerans in secla. iudicia dni
uera iustificata in semetipsis. De
siderabilia super aurum & lapidem pre
ciosum multum. & dulciora super mel
& fauum redundantem. Vnde seruus
tuus docebitur ea. in custodiendis
illis fructus multus. Errores
quis intelligit. ab occultis meis
munda me. A superbis quoq; libe
ra seruum tuum. si mi fuerint dominati mei
tunc immaculatus ero. & mundabor
a delicto maximo. Sint placen
tes sermones oris mei. meditatio
cordis mei in conspectu tuo dne
fortitudo mea. & redemptor meus.

Ysicion canticum dd. xviii.

Exaudiat te dns in die
tribulationis. protegat te
nomen dei iacob. Mittat tibi auxi
lium de sco. & de syon roboret
te. Memor sit omnis sacrificii
tui. & holocaustum tuum pinguesci
at. Det tibi secm cor tuum. & om
ne uoluntatem tuam impleat. Lauda
bimus in salutari tuo. & in nomi
ne dni dei nri deducemus choros. im
pleat dns omnes petitiones tuas.
Tunc scio quia saluabit dns xpm
suum. exaudiet eum de celo sco suo. in
fortitudine salutis dextere eius.
Hi in curribus. & hi in equis. nos au
tem in nomine dni dei nri recorda
bimur. Ipsi curuati sunt & ceci
derunt. nos autem surreximus & erecti
sumus. Domine saluum fac regem. & exaudiet
nos in die qua inuocauerimus eum.

Ysicion canticum dd. xx.

Domine in fortitudine tua letabi
tur rex. & in salutari tuo
exultabit uehementer. Desideri
um cordis eius dedisti ei. & uoluntate
labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam
preuenisti eum in benedictionibus dulcedi
nis. pones in capite eius coronam de
lapide pretioso. Vitam petiuit te. &
dedisti ei. longitudinem dierum in secm
& in seculum seculi. Magna gloria eius in salu
tari tuo. gloriam & decorem pones super
eum. Pones eum eum benedictionem
sempiternam. exhilarabis eum letitia cum
uultu tuo. Quia rex confidit in
dno. & in misericordia excelsi non decipietur.
Inuenietur manus tua omnis inimicos
tuos. dextera tua inuenietur odientes
te. Pones eos ut clibanum ignis